UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Institutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65423

Visual Library

ad quas tenentur, audiendo eas ab alio, vel ab aliis recitari. Habetur vivæ voc. orac. non authenticato; ùt in Comp. Min. V. *Infirmi fratres* n. 18.

Vide V. Miſſa. §. 7.

Facultatibus hujus Verbi uti poſſunt omnes Superiores; & etiã Confeſſarii, ſi Superiori videbitur.

Vide verbo *Indulgentiæ.* §. 2. & 6. & vide etiam verbo *Profeſſi.* §. 1.

INQUISITORES.

Vide verbo *Exemtio.* §. 3.

INSTITUTUM.

§. 1.

Interdicitur diſputatio, vel impugnatio Noſtri Inſtituti, &c.

OMnibus cujuſcumque ſtatûs, gradûs, & præeminentiæ exiſtant, præcipitur in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub pœnis excommunicationis latæ ſenten-

tiæ, necnon inhabilitatis ad Officia, & Beneficia ſecularia, & quorumvis Ordinum Regularia, eo ipſo abſque alia declaratione, incurrendis, Sedi Apoſtolicæ reſervatis; nè Societatis Inſtitutum, Conſtitutiones, aut Conſtitutionem ipſam, quam præmiſſorum occaſione Gregorius XIII. 8. Kal. Junii 1584. edidit, aut quemvis hujus, vel ſupradictorum omnium articulum, vel aliud quid ſupradicta concernens, quovis diſputandi, vel etiam veritatis indagandæ quæſito colore, directè vel indirectè impugnare vel contradicere audeant. Gregorius XIII. in eadem Conſtitutione pag. 78.

§. 2.

Diſtrictior præcedentis inhibitio.

Diſtrictiùs inhibetur, nè quis, ſive extra, ſive intrà Societatem, niſì de illius Præpoſiti Generalis, aut inferiorum Præpoſitorum licentia, notationes, declarationes, gloſſas, vel ſcholia ulla ſuper Inſtituto, Conſtitutionibus, privilegiis, ac aliis contentis in Conſtitutione Gregorii XIII. edita 8. Kal. Junii 1584. facere, vel ea, niſì quantum verba ipſa ſonant, interpretari, aut de eis diſceptare, ſeu ſcrupulum cuiquã injicere, vel in controverſiam, aut dubium revocare audeat quoquo modo: nec gloſſas, aut interpretationes, ſive impreſſas,

ſive

ſive ſcriptas, ad id pertinentes legere, docere, aliúſve tradere, vendere, vel apud ſe retinere præſumat. Gregorius XIII. in eadem ſua Conſtit. pag. 78.

De Societatis Inſtituti declaratione vide verbo *Conſtitutiones.* §. 1. & 2. & verbo *Generalis.* §. 5. & 6.

§. 3.

Idem per Gregorium. XIV.

Nè Societatis Inſtitutum, Conſtitutiones, aut Decreta, vel ex iis, aut illa concernentibus quippiam impugnent, vel alterari curent; aut contra, vel præter ea agant, vel quippiam ulli alii alterandum, præterquam Romano Pontifici, ídque immediatè, vel per Legatum; aut Societati, vel Præpoſito proponant. Gregorius XIV. Conſtit. pag. 99.

INTERDICTUM.

§. 1.

Facultas celebrandi tempore interdicti.

POſſunt Noſtri in locis, in quibus degunt, & eos pro tempore morari contigerit, tempore Interdicti, quavis, etiam